

Die dominica medie quadra

Lea gesime. ad ierlm.

Letate ierlm et conuentum faci-
te omnes qui diligitis eam gau-
dete cum leticia qui i tristitia fui-
stis ut erulteris et satiemini ab u-
beribus consolationis uestre. **ps.**

Letatus suz in his que dicta snt
mibi i domum domini ibimus.

Quonced qd om **Lolla.**

Omipotens deus: vt q ex
merito nostre actois affligi-
mur: tue gratie consolatione
respiremus. **p. Ad galathas**

Fratres: Scriptum est
qm abraham duos fili-
os habuit: vnū de ancilla et
vnū de libera. Sed qui de an-
cilla: secundum carnem nat^{us}
est. Qui autem de libera: per
repromissionem. Que sunt
per allegoriam dicta. Hec enī
sunt duo testamenta. Unum
quidem in monte syna in ser-
uitutem generans: que est a-
gar. Syna enim mons est in
arabia: qui coniunctus est ei
que nūc est ierusalem: et ser-
uit cum filiis suis. Illa autē
que sursum est ierusalem libe-
ra est: que est mater nostra.
Scriptum est enim. Letare
sterilis que non paris: erūpe

et clama que non parturis.
quia mlti filij deserte magis
quam eius que habet virum

Nos autē fratres: secundū
ysaac promissionis filij sum^{us}.

Sed quomodo tunc his qui
secundum carnez natus fue-
rat. persequabatur euz qui se-
cundum spiritum: ita et nūc

Sed quid dicit scriptura: **L**
ice ancillam: et filium eius.

Non enim erit heres filius
ancille: euz filio libere. Itaq^{ue}
fratres non sumus ancille fi-
lij: sed libere. Qua libertate:
christus nos liberauit. **Grad.**

Letatus suz in his que dicta snt
mibi in domum domini ibimus

S fiat pax in uirtute tua et abū-
dāta in turribus tuis. **Tractus**

Qui confidūt in dño sicut mons
syon non commouebitur in eter-
num qui habitat in ierusalem. **ps.**

Montes in circuitu eius et do-
minus i circuitu populi sui ex hoc
nunc et usq^{ue} in seculū. **Secun-**

In illo **dum iohannem.**

In tempore: Abiit iesus trās
mare galilee quod est tyberi-
adis: et sequebatur euz mul-
tudo magna. quia videbāt
signa que faciebat super his
qui infirmabantur. **Subiit**

e iij

ergo in montem iesus: et ibi
sedebat cum discipulis suis.
Erat autem proximum pascha: di-
es festus iudeorum. Cum suble-
uasset ergo oculos iesus. et vi-
disset quia multitudo magna
venit ad eum: dixit ad philip-
pum. Unde ememus panes
ut manducent hi? **H**oc autem
dicebat: temptans eum. Ipse
enim sciebat: quid esset factu-
rus. Respondit ei philippus.
Ducentorum denariorum panes
non sufficiunt eis: ut unusquis-
que modicum quid accipiat. Di-
xit ei unus ex discipulis eius
andreas frater symonis petri
Est puer unus hic: qui habet
quinque panes ordeaceos et
duos pisces. **B**ed hec quid
sunt inter tantos? Dixit ergo
iesus. Facite homines discun-
bere. Erat autem fenum multum
in loco. Discubuerunt ergo
viri: numero quasi quique mi-
lia. Accepit ergo iesus panes
et cum gratias egisset distri-
buit discumbentibus. Simi-
liter et ex piscibus: quantum
volebant. Et autem impleti
sunt: dixit discipulis suis. Col-
ligite que superauerunt fra-
gmenta: ne pereant. **C**ollege

runt ergo: et impleverunt duo
decim cophinos fragmento-
rum ex quinque panibus or-
deaceis. que superfuerunt his
qui manducaverant. Illi ergo
homines cum vidissent quod
fecerat signum: dicebant. Quia
hic est vere propheta: qui ven-
turus est in mundum. **Off.**

Laudate dominum quia benignus
est psallite nomini eius quoniam
suavis est omnia quecumque voluit
fecit in celo et in terra. **Secreta**

Sacrificijs presentibus do-
mine quesumus inten-
de placatus. ut et deuotioni
nostre proficiant et saluti. **P**

Communio. **I**erusalem que edi-
ficatur ut ciuitas cuius participa-
tio eius in idipsum illuc enim a-
scenderunt tribus tribus domini
ad confitendum nomini tuo do-

Anobis **Post co.** mine:
Omisericos deus: ut san-
cta tua quibus incessanter ex-
plemur. sinceris tractemus ob-
sequijs: et semper fidei men-
te sumamus. **P**er dominum

Seria secunda ad sanctos qua

Oeus in **tuos coronatos**
nomine tuo saluum me fac
et in uirtute tua iudica me deus ex-
audi orationem meam. **ps.** **Q**uo